



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiæ. I. II. III.tia**

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

100. Zoa, licet innocens, vi tamen tormentorum ream se immanis sceleris fatetur; quæ inde nec peccat, nec reuocare tenetur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

rationem, quia nec ex consuetudine Domine solent deferri ab ancillis, nec infamia aliaque incommoda, quæ inde oriuntur, sunt leuia, sed valde graua. Quare ancilla sciens Dominam suam occultè adulterari, debet prius secretè eam monere: deinde, si nihil proficiat, alios sceleris obseruatores adhibere cū comminatione delationis Hero faciendæ, nisi desistere velit, vt rectè Layman. L. 3. Tr. 3. P. 2. c. 4. n. 13.

C. Zoa tanquam Saga in carcerem coniecta, & tormentis subiecta, vt ea euitet, licet sit innocentissima, fatetur tamen se ream, ideòque morti adiudicatur, postea rament sollicita, ne falsum sibi crimen imponendo grauiter peccarit, hæret num reuocet. Queritur. Quid ei faciendum?

Videtur teneri reuocare. Ita Navarr. cap. 18. n. 29. Caramuel. Fnd. 61. §. 1. n. 1278. & quidam alij. Ratio est, Tum quia Zoa moraliter loquendo se interficit. Tum quia perniciosè mentitur.

Resp. Zoam nec peccare, nec teneri reuocare. Ita Angelus, Syluest. Less. de Iust. c. 11. dub. 7. Tanner. Tom. 3. D. 4. Q. 4. num. 99. Busenbaum L. 4. cap. 3. dub. 7. & alij. Ratio est. Tum quia Zoa non tenetur cum tanto cruciatu vitam tueri, ne alius eam eripiat. Sicut non tenetur permittere tibiam sibi abscindi cum tanto dolore; non etenim tanto est digna dolore salus. Tum quia non est men-  
tita

tita perniciosè, cùm, vt recens dictum, non teneatur tantis tormentis conservare vitam.

Atque ex his patet ad rationes in contrarium. Sed urgent Adversarij in hunc modum: Zoa imponens sibi falsum crimen non tantum partem suam non tuetur, sed perdit, Magistratui dando causam necandi. Ergo peccat mortaliter. Disting. Antec. Zoa non tantum non tuetur partem suam, sed perdit &c. coactè vi tormentorum, concedimus: voluntariè extra tormenta, & gravem horum metum, negamus Antec. & consequentiam. Videri possunt Dicastillo de *Iustitia* L. 2. Tr. 2. D. 12. num. 514. Card. Lugo de *Iust.* Tom. 1. D. 14. sect. 10. num. 174. & Diana P. 11. Tr. 1. Res. 14. vbi in hanc nostram responsionem valde inclinant, & posse eam tanquam probabilem practicè teneri, affirmant.



SYNOPSIS